1219. Monastero di S. Abbondio. Morbio 10 (14) 11

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo nono. die sabati quarto intrante mense madii. indictione septima. Venditionem ad proprium fecit dominus Guillielmus de casella. abbas monasterii sancti abbondii. presentibus
et consentientibus ei domino. lanfranco de dona. domino georgio. domino petro galbiata. domino guirardo de uellate. domino lanfranco panzia. omnibus monachis ipsius monasterii. atque lanfranco de laorza similiter
converso ipsius monasterii. Et ibi astante et laudante petro macto de tino. advocato suo in hac causa ab ipso domino abbate et monachis electo. qui omnes dixerunt hanc terram bene et sine fraude uenditam esse. et nec ab alio plus
inveniri posse. et nichil ad lesionem diuine domus agi. sed pocius meliora perspicere. Inprimis. ottorino filio quondam Johannis de solano de loco tino. Nominative de pecia una terre iuris ipsius monasterii. iacente in territorio
de tino. ubi dicitur in lacosta de traulso. a mane petrus et obertus de mantello. et in parte zanazi de roba. a meridie albertus capelli. a sero ade de cantono. a nullahora remanet in isto domino abbate et monasterio. Ita ut amodo tam
iamdictus ottorinus emptor et sui heredes et cui dederit habeat et teneat istam peciam terre. cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus. Et faciat exinde iure proprietario nomine. quicquid voluerit sine omni contradictione
istius domini abbatis et monachorum et suorum successorum. Insuper iamdictus dominus abbas de consensu istorum monachorum eius et isti advocati nomine et ex parte ipsius monasterii, promisit obligando omnia bona ipsius monasterii pignori
pro se et suis successoribus iamdicto ottorino et suis heredibus et cui dederit istam peciam terre et predicta omnia iura et actiones, prout supra legitur. in integrum. defendere et guarentare. ab omni homine omni tempore iure et ratione
et prestito dato et facto cum pignore. et dispendio istius monasterii. usque in ex[tima] dupli. Et pro hac quidem venditione et dato et cessione predictus ottorinus de consensu et voluntate et mandato. domini Guillielmi abbatis supradicti
et monachorum et advocati. dedit et soluit domino loterio rusce filio quondam ipsius loterii rusce. libras quatuor et dimidiam. quamque denariorum nouorum pro prata porticie per illarum rerum et fictorum que iste dominus abbas ad partem
istius monasterii emerat ab ipso domino loterio. in territorio et loco de breno. pretio librarum quinquaginta denariorum [nouorum] prout continetur in quodam publico instrumento venditionis. ante infrascripto stephano iudice et scripto. Ita ut
amodo maneant predicte terre et res et fictus de breno empte a isto loterio in istum dominum abbatem sint et permanere debeant in loco et cambio et concambio. et cartam cambio ad partem istius monasterii. loco et vice predicte
pecie terre de tino pro prata porticie. Ita ut si ipsa terra de tino euinceretur ipsi ottorino. in toto uel in parte per predicto ipsius monasterii. eidem ottorino uel suis heredibus uel cui dederit. quod ipse ottorinus habeat regressum
in predictis rebus et fictis de breno. usque ad eam quantitatem que euicta fuerit tamquam si ipse terre de breno prata porticie fuissent ipsi ottorino et cambiate essent cum ipso domino abbate et monasterio. et re
tentum esset dominium in predicto ottorino. sub predicta conditione permutationis et venditionis. Quia sic inter eos conuenit actum in incaustro istius monasterii.

Interfuerunt andriolus filius quondam ade de calaregio. et mazi filius quondam drappaferri. et donazi filius quondam albini. omnes de loco albate. et otto filius quondam Johannis de solano. de tino rogati testes.

Ego Stephanus mazat iudex filius quondam iohannis mazat hanc cartam tradidi et ad scribendam dedi et subscripsi.

Ego Johannes de stephano notarius rogatu eiusdem stephani iudicis hanc cartam scripsi.

1219. 4. Mago

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1806862247-10/fragment/page=2